

per quam foventibus odia, rancores & inimicitias capitales, anfa offertur necandi inimicos sub spe fruendi immunitatis privilegio, tanquam si qualitas odii, & inimicitia in causa sit fruendi eo privilegio, cum ea cessante non fruerebuntur. Neque percipere possum quomodo sancta Mater Ecclesia, vel summus Pontifex hunc sensum constitutioni præbeant. Quando Tridentina Synodus c. 19. sess. 25. de reformat. tot tantisque poenis summittat duellantes, auxiliatores, & intrantes, quæ à pluribus Pontificibus pariter prohibita extant, ut refert Barbosa in collect. ad hunc Text. Nam si bene perpendatur, plus damni, atque scandali generari solet ex homicidiis insidiosis, quam ex duello. Si enim Christus Dominus Matthæi c. 5. iussit inimicos diligere, quomodo odio persequi, inimicitiam fovere, & ex eo ipso immunitatem Ecclesiæ consequi poterunt, qui deficiente odio non excusarentur à pena? Audi sanctum Augustinum sermone 35. hunc textum explicantem. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualem qualem excusationem prætere in habenda vera dilectione (inimici) nullus se poterit excusare.

82 Ex his omnibus inferitur, quod per dictam constitutionem Gregorii nihil immutatum fuit de iure primævo contento in d. c. 1. de homicidio, quia idem est per induciam, & insidias occidere, ac proditoriè, probant Fran. Molin. de sacr. homicid. immunit. amittend. §. immunitas Ecclesiæ qualiter homicidio amittatur n. 196. Joan. Gutier. lib. 3. pract. q. 1. n. 36. Gambacurt. de immunit. d. l. 5. c. 8. & seqq. P. Marquez d. lib. 2. c. 32. Zerol. in prax. Episcopor. part. 1. verb. immunitas, num. 7. Layman. d. t. 1. 4. tract. 9. c. 3. n. 8. Vener. in exam. Episc. q. 37. n. 37. Urrutigoiti de compet. jur. q. 35. n. 38. Et quantumvis contrarium defendere conentur Cart. d. dec. 95. ex n. 5. & P. Diana d. part. 1. tract. 6. resol. 1. Ad omnia accuratè respondit Don Mar. Curtel. d. lib. 1. q. 1. per tot.

83 Et casu quo in aliquo derogatum sit, in Regnis Hispaniæ, interposita fuit supplicatio ad Sanctissimum, & quousq; melius informatus, quid faciendum statuerit, non est usu recepta dicta constitutio, cum ejus dispositionis effectus, suspensum remansissent mediante remedio supplicationis, ut pluribus dixi contror. 7. n. 14.

CONTROVERSIA XXXI.

De homicidio patrato icu tormenti manualis reprobata mensura, an proditorium dici possit ad effectum immunitatis.

SUMMARIUM.

- 1 Machinarum bellicarum, & tormentorum missilium inventum antiquissimum est.
- 2 Tormenta ignita nostri temporis violentissima præ cæteris sunt.
- 3 Pulveris pyrii violentia.
- 4 Tormenta ignea, quo tempore adinventum fuerit.
- 5 Inventor pulveris pyrii, & horum tormentorum quis.
- 6 Tormenta ignea visa in Hispania in obsidione Algezira urbis Bæticæ anno 1344.
- 7 Jus canonicum quo tempore compilatum fuerit.
- 8 Tormenta ignea an antiquitas in u. suff. sent.
- 9 Salmonem usum fuisse his machinis, sunt qui teneant.
- 10 Glandes plumbeæ ardentes tempore Romanorum visa.
- 11 Salmoni facinus, fabulis potius, quam historia tribuendum.
- 12 Salmoni facinus, etiam si historia referatur, non per hæc tormenta patratum.
- 13 Glandes plumbeæ liquefactæ tempore Romanorum, fundæ mistebantur.
- 14 Funditores inter velites militiæ Romanæ annumerabantur.
- 15 Glandium missilium fundis Romanorum formam ab Aldrovando traditam habemus.
- 16 Harum glandium violentia.
- 17 Pulvis fulminalis idem ac pyrius.
- 18 Tormenti manualis iclus fulmini comparatur.
- 19 Auctores de immanitate atque violentia horum tormentorum laudantur.
- 20 Lege Hispana vulnerans, aut occidens cum tormenti manualis reprobata mensura iclu, proditor reputatur.
- 21 Delatio hujus tormenti, habet admixtam in se proditionem.
- 22 Occidens cum instrumenta manuali reprobata mensura, amittit privilegium immunitatis.

23 Instru

22 Instrumentum hoc est diabolicum inventum.

23 Arma falsa, offensiva, atque proditoria.

24 Insidiosum, atque perniciosum genus armorum.

25 Ex illius iclu, à communiter contingens homicidium sequitur.

26 Proditorium est, atque pacis publicæ perturbativum.

27 Immane damnum affert, minimè reparabile, aut resistibile.

28 Potius proditori, quam defensionis deservit.

29 Eo homines vita privantur, & vulnerati difficillimè convalescunt.

30 Articulus immunitatis regulandus juxta sacrorum Canonum statuta, atque Pontificum Constitutiones.

31 Et sic defectu potestatis nihil leges civiles possunt decernere, quoad immunitatem.

32 Canonis decisio aut pontificia Constitutio non reperitur per quam definitum sit, quod homicida iclu tormenti reprobata mensura gaudeat privilegio immunitatis.

33 Pontificis constitutionibus definitum est tale instrumentum esse proditorium, atque detestabile.

34 Constit. 49. summi Antistitis Pij IV. expenditur.

35 Alterius constitutionis S. Pij V. Pontificis verba traduntur.

36 Doctores harum Constitutionum mentionem facientes adducuntur.

37 Iste constitutio lata fuerunt contra subditos status temporalis Ecclesiæ, sed non ex eo enervantur.

38 Decreta seu Constitutiones Pontificum adduci solent à Doctores ad interpretationem aliarum, quamvis editæ sint in similibus causis status temporalis Ecclesiæ.

39 Farinacius impugnatur, quoad ea quæ tradidit de mente Clementis VIII. summi Pontificis.

40 Leges civiles plurimum juvant ad interpretationem Canonum, & constitutionum pontificalium.

41 Aliud est esse tale, & aliud haberi pro tali.

42 Leges Hispaniæ verè definiunt, quod delictum patratum cum tormenti reprobata mensura, sit ex sui natura proditorium.

43 Constitutiones Pontificum idem definiunt.

44 Constitutiones Pontificis adducuntur quibus pena acerba puniri mandantur

Ecclesiastici hæc arma deferentes, atque cum eis delinquentes.

45 Constitutio Pontificis observantiam legis civilis, ad Ecclesiasticas personas extendens, illam legem confirmat.

46 Licet pena imponenda sit conformis sacris Canonibus.

47 Constitutio Pontificis traditur, per quam Clerici minorum ordinum delinquentes cum tormentis reprobata mensura privilegio fori privantur.

48 Occidens cum his armis privatur beneficio immunitatis, etiam in terminis Gregorianæ constitutionis.

49 In specie controversiæ 29. rea non debuit jvari beneficio immunitatis Ecclesiæ.

50 Quæ de Sinensibus dicuntur respectu usus pulveris pyrii vana sunt, & etiam si vera habeantur, tempore compilationis juris Canonici ignorabantur.

Machinarum bellicarum inventum i tormentorum missilium origo & usus ab antiquissimis temporibus mutuatus fuit à Romanis, ut pulchre probat Justus Lipsius l. 1. poliorcet. dialog. 1. & lib. 3. dial. 1. cum aliquibus sequentibus Et quantumvis tam in propugnandis militissimis locis, quam in perendis adversariorum aciebus efficacia violenta eorumdem experti fuissent; cuncta cedere debent machinis atque tormentis pulvere pyrio nitrato, sive fulminali (ut ipse Lipsius tradit l. 5. dial. ultim.) instructis, ac pilis, vel glandibus sive ferreis, sive plumbeis refertis, ut in cuniculis subterraneis, tormentis æneis, bombardis, musquetis, archibus, cæterisque instrumentis hujus generis experientia quotidiana demonstrat. Nam arces mantissimæ ejus violentia brevissimè subvertuntur: propugnacula ingentis molis per acieas regiones volare experimur; rupes excellæ ferroque impenetrabiles, eo pulvere dissipantur; naves validiores ejus iclu vel flamma citissimè pereunt; muri inexpugnabiles repente conquassantur, & Dux strenuus à debiliore velite improvisa percussione necatur. Causam hujus violentissimi effectus ex pulvere pyrio accenso, plures philosophantur, sed accuratius cæteris (meo quidem judicio) Petrus Gassendus explicat t. 2. lib. 1. Physic. sect. 3. dicit de calore subterraneo & terre motu differit, vers. prinquam, circa medium. De tempore inventionis hujus pulveris varia Doctores tradunt, sicut de nomine ipsius

ipfius repertoris. Polydor. Virgil. lib. 2. de invent. rer. cap. 11. ignotum, atque ignobilem quendam Germanum facit, qui fortuito medicinis incumbens, pulverem quem non querebat adinvenit, subjungens hæc verba. *Is itaque tam mortifera machina repertor, pro mercede, opinor, accepit ut nomen ejus perpetuo occultaretur, ne omni tempore à cunctis mortalibus male audiret.* Platina in vita Urbani VI. inventorem designat quendam Teutonicum. Horatius Turfelinus in epitome hystoriae. lib. 9. Machinatorem quendam Germanum. Noster Illefcas in vita ejusdem Urbani VI. Mathematicum insignem nomine Petrum auctorem fecit. Joannes Bussieres in *Floſc. hyst. 2. parte cap. 5.* Bertoldum nomine, Germanum natione tradit. Ac tandem Hermannus Kirckerus de repub. disputat. 21. *hypothef. 1.* Bertoldum Nigrum Monachum Franciscanum, hominem Germanum, & Alchimiam deditum, jussu Imperatoris Wencellai anno 1389. exustum, scribit. Qui omnes conveniunt in eo quod primum in usus bellicos visa fuit hæc machina anno 1380. in bello illo acerrimo habito inter Veneros, & Genuenses, ad Fossam Clodium. Sed falli apparet; nam in obsidione Algezira civitatis Boticæ anno 1344. ab invito Rege nostro Alphonſo XI. à Sarracenis vindicata, defensores harum machinarum ictibus, in nostros uſi fuere, ut testatur Chronic. *ipſius Regis*, & tradunt Sebastian. Covart. in *Theſaur. ling. Caſtel. verb. Arabuz*, & Pater Mariana de reb. *Hispan. lib. 16. c. 11.* attestans hanc esse primam mentionem quam in libris hystoriae habuit hujus pestiferæ machinæ. Quibus addendum quod in conflictu navali habito ad horam Barchinonæ inter classem Petri Regis Castellæ, & classem Petri Regis Aragonum in mense Junii anni 1359. jam Aragonenses his machinis utebantur. Refert P. Gaubertus Fabricius de Vagat in *Coron. Regim. Arag. de geſt. Petr. IV. pag. 152.* Quibus positus, clarissime apparet, quod arma hujus generis neque cognita, neque visa in Europa erant tempore compilationis Juris Canonici. Nam decretum compilavit Gratianus sub Eugenio III. anno 1150. ut probat Augustinus Barbosa in collect. ad *proam. ipſius decreti, num. 3.* Decretalium volumen quinque primos libros continens, in ordinem composuit Sanctus Raymundus de Peñaſort jussu

Gregorii IX. qui ad summum Pontificatum evectus, fuit anno 1227. & regnavit usque ad annum 1241. quo decessit, ut tradunt Platina, & Illefcas in *ejus vita.* Quibus jungendus Barbosa in *proam. decretal. n. 3. cum seqq.* Sed anno 1230. publicatio tribuitur, ut tradit Ant Naulus in *not. ad epistol. dicti Gregor in init. decretal.* dicens dictam Epistolam scholasticis Bononiensibus scriptam dicto anno 1230. Sextus vero Decretalium jussu Bonifacii VIII. anno 1300 fuit editus. Barbosa in *proam. ejusdem sexti, n. 2.* Et sic legitime concluditur quod de his nullatenus in jure canonico tractari potuit.

Sed obſtare videtur, quod aliqui tradidère, nempe tam pulveris pyrii, quam machinarum cum eo instructarum, antiquius usum cognitum fuisset: nam Salmones, Rex Elidæ, Filius Æoli, atque Siphii frater, dum fulgura atque tonitrua Jovis imitabatur, plures funditos perdidit, quosque de celo fulmine tactus, poenas dedit immanitatis, atque superbiæ; his machinis utebatur, ut tradunt Suidas Hieron. *Magus lib. 1. 9. miscel. cap. 1.* Raphaël Volaterran. *lib. 30. philolog. cap. de Mach. bel. ad fin.* & Dominus Solorgan. *Emblem. 3. num. 2.* Neque Polydor. repugnat, quia dum de Germano illo, quem crederet inventorem tractat *d. cap. 11.* sic ait: *Dignus scilicet, qui prior ipse vice Salmoni flagraſſet. Salmones enim Æoli filius cum vellet Jovem, in fulminibus jaciendis amulari, ab eo de celo tactus ad inferos detruditur.* Quod colligi potest ex carmine Virgilii *lib. 6. Æneid.* quo cecinit,

*Vidi, & crudeles dantem Salmonæ
pænas,
Dum flammæ Jovis, & sonitus imitatur
Olympi.*

Quod Pater Zerda, postquam numero 5. refert plurimos Salmoni imitatores, quoad hæc, & opinionem Roberti, Volturii, atque Francisci Petrarchæ (qui inventum hoc Archimedi tribuerunt) cunctare probando hæc addidit: *videntur omnino decipi. Potiore jure referrem ego ad Salmonem Virgilianum.* Quibus addere solent Statium Papinium qui *lib. 10. Tebaid.* ait,

Et arſuras per inania glandes.

Quem locum explicans Henricus Salmuth in *not. ad Pancirol. tom. 2. rer. memor. tit. 18.* sic dixit. *Hæc siquidem glandes*

des plumbeæ percalescunt, ut funditoris linguat aquæ ardeſcunt, si experimento creditur. Quasi tempore Romanorum archibus, seu sclopis utendo, plumbeæ glandes ardentes viſæ, ac in usu bellico habitæ fuissent. Quæ comprobantur ex carmine Lucretii *lib. 6. ibi:*

*plumbea verò
Glands etiam longo cursu volvenda liqueſcit.*

Ex quibus aliqui credunt has glandes plumbeas, instrumento ignito emissas, ex illis temporibus, ut exclusæ, remaneat ratio deprompta ex eo quod in jure canonico nulla mentio reperitur, ut usus immanis reproberetur. Nam si jam cognita erat, ut ex his apparet, quia non fuit habita infidiosa, vel proditoria de ea mentio non fit.

Sed omnia hæc facillimo negotio diluuntur. Nam quicquid de Salmono dicitur, ad fabulas potius referendum est quàm ad hystoriam, ut colligitur ex Higin. *lib. 1. fabular. c. 16.* Junio *Adag. 1. cent. 2.* Carol. Stephan. in *dict. Poetic.* Servio in *Virgil. lib. 6.* Apollodoro in *bibliotheca lib. 1.* Erasmo in *chiliad. verb. improbi adag. Salmones alter.* Quod innuit dominus Solorgan *dict. emblem. 3. ibi: opportunum dixi Salmoni sive fabulam, sive hystoriam ob oculos ponere.* Et justè, quia de Salmono habemus fabulam, & hystoriam. Fabula quæ dicta remanet. Hystoria quia fuit immanissimus tyrannus, ut ipse Erasmus tradit *verb. gigantes.* Sed pone quod cuncta fabulosa de Salmono superius adducta hystorica sint, nihilominus constat non archibus ictibus, non alterius instrumenti pulvere pyrio onusti explosione, fulmina Jovis amulari, sed quatuor equis toridemque rotis raptus per pontem æneum tonitrua strepitu fingebat, & facibus accensis, seu arte candenti subditos fulminabat. Sic Virgil. *d. lib. 6. ibi:*

*Demens qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aère & cornipedum cursu similaret equorum.*

Quo Pater Zerda hæc ad explicationem subjungit. *Sed demens erat, ut qui simularet nimbos, id est tonitrua, & fulmen non imitabile: fulmen aère, tonitrua, cursu equorum cornipedum. Reges qui fulmè aerei nam & es candens forsasse, & ignitum, & hoc artificio aliquo præfixum gestabat, ut fulmen videretur.* Erasmus *d. adag. Salmones alter* ibi: *Salmones filius Æoli, Elidis reguli ex Laodice Aloei, qui currum rotas æneis D.D. Laur. Mattheu, de Re Crim. Pars I.*

catenis obmunitas super pontè æneum quem construxerat, agitasse ad imitanda vera tonitrua, & immisis in homines facibus neci dedisse legitur. Et sic non fistula ferrea æneave pulvere pyrio, & glandibus plumbeis onusta, subditos fulminabat, vel tonitruis terrebat, sed machina multum diversa, ut ex dictis constat. Cætera quæ adducuntur per P. Zerda & dominum Solorgan de Metello Pio Alladio, Caligula, Cosroë, & Anthemio ex ipsis auctoribus convincuntur, quia machinis specialibus, nihil de pulvere pyrio habentibus conficiebant. Archimedes autem non per pulverem navigia urebat sed per specula radiis soli repercussis, ut Erasmus *ibid.* notat his verbis. *Produnt & hystoria Archimedes Syracusanum fulgurationes quasdam ignivomas per specula edidisse.* De quo latè per Marium Bettinum in *ap. mathemat. lib. 4. progymn. 1. c. 3. &c.*

Ea verò quæ allegabantur ex Lucretio, Statio, Papinio, Salmuth & aliis, nempe glandes plumbeas per aërem accensas atque liquefactas volitantes, non possunt ad hæc tormenta ignita referri, nisi ab eo qui prorsus ignorat antiquitatis rudimenta. Nam si bellica materia revolvatur, illico apparebit usus missilium quæ in acie, vel in conflictu maxime peritè juvabat. Inter velites annumerabantur funditores, jaculatores & sagittarii, ut funditores glandes plumbeas fundamitterent, jaculatores tela manu; sagittarii sagittas arcu. Sic explicat Lipsius de milit. *Romana lib. 3. dial. 1. cum seqq.* Quod enim funditores, non lapides, sed glandes plumbeas fundamitterent, probat Lipsius *lib. 5. c. 20.* & harum iconem, formam & magnitudinem depictam tradit Vlyſſes Aldrovandus in *musæo metal. lib. 1. c. 7. ad fin.* Hæc tali violentia, ac imperu fundamjaculabantur, ut in medio cursu agitatione aëris accenderentur, & liqueſcerent. De his tractant Lucretius, atque Statius, & Salmuth clarè explicat ibi: *funditoris linguatæ.* Ovidius clarè *lib. 2. Metamorph. ad fin.*

*Non secus exarsit, quam cum Bælearica
plumbo
Funda jacit: volat istud, & incandescit
curvato.
Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes.*

Alludens namque ad Bæcares, qui inter funditores primum locum obtulerunt. Sic patiter Lucanus *lib. 7. Phars.*

*Inde faces & saxa volant, spatioque soluta
Aëris, & calidos liquefacti pondere glandes.
Sic patitur Virgil. 9. Aeneid.*

Et media adversi liquefacto tempora plumbo

Desidit, ac multa proVectum extendit arena.

Quo Pater Zerda eruditè declarat, sed non solum à Poëtis hæc mutuuntur. Audi Livium *decad. 4. lib. 8. c. 21.* describentem victoriam Manlii & Helvii de Gallo Græcis, ibi: *videm cum aculeis sagitta, aut glandis abditæ introrsu tenui vulnere in speciem urit, & scrutantes quæ velant, telum non sequitur, tum in rabiem, & pudorem tam parvæ perimentis pestis versi, prosternunt corpora humi, sic ut passim procumbere.* Clarius & brevius Seneca *lib. 2. natural. quæst. c. 57.* ibi: *Aëra motus extenuat, & extenuatio accendit. Sic liquefcit excussa glans funda, & attritu aëris velut igne desillat.* Pluribus Justus Lipsius de militia Romana *lib. 5. c. 20.* qui dum confert arma militiæ nostræ cum armis militiæ Romanæ, & ab illa usum bombardarum, ac ceterarum machinarum ignitarum nostri temporis ignoratum fatetur, atque hæc & alia cumulat, ad comprobationem violentiæ illarum glandium.

His itaque prælibatis, ad explicacionem earum rerum quæ perperam allegabantur, ut ad institutum nostrum revertamur, satis violentia ictus hujus generis armorum comprobabatur ex eo solum quod dixerat Lipsius *d. lib. 5. poliorcer. c. fin.* dum pulverem seminalem appellat hunc, per quem hæc arma & fulmina, & tonitrua immittantur. Quia nulla comparatio proprii reperiri potest ad significandam vehementiam, lethalem, terribilem, atque effectivam eorum. Cum fulmina teste Seneca *lib. 2. natural. quæst. cap. 20.* ibi: *in quod obvium sit dissipatur, & rapitur, & longè à loco suo projectur. Quid ergo mirum si tanta vis ignem excutit, vel aliunde, vel sibi? videt enim quantum fervorem sensura corpora sunt horum transitu trita, exanimata. Quæ si conferantur cum iis quæ operantur à glandibus, seu pileis excussis ab his tormentis, clarè resultabit proprietas comparationis. Plura de hac materia apud Guid. Pancirol. Talmuth, Polydorum, Virgil. Forcatulum, Majolum, Sabelium, Camerarium, Scaligerum, & alios adductos per dominum Solorçano de jur. Indiæ. *tom. 2. lib. 2. c. 31. n. 18.* Quibus addendi Fran. Part. de Regno *lib. 7.**

iii. 6. Bartol. Facet. de gest. Alphonsi lib. 6. Raynold. Acydeus Tein de bel. Moscovit. lib. 2. Balthasar Bon. Rhodigin. in histor ludicra, lib. 4. c. 3. & lib. 12. cap. 1. Ram. lib. 2. schol. mathemat. Melchior. Haiminsfeld. in not. histor. Felic. Fab. lib. 1. c. 8. Herman. Kirchner. d. disp. 21. hypothef. 1. Apud quos plura tam in detestationem hujus violentiæ, atque proditorii tormenti, quam in odium inventoris ipsius.

Quare non immeritò per *l. 15. tit. 23. lib. 8. recopil.* cautum habemus quod quicumque occiderit ictu hujus tormenti habeatur pro proditore, id est, puniatur ut proditor, pœna scilicet capitali, & amissionis bonorum. Et in *l. 17. eod. tit.* Rex noster expressè eavit quod similis pœna extendatur ad omnes occidentes, vulnerantes, aut deferentes hæc arma reprobatè mensura, ea adhibita ratione, nempe, quia eorum usu torpent homines, proditores oriuntur, quia ex se sunt arma proditoria, atque pusillanimorum instrumenta, atque pacis publicæ perturbativa. Didacus Perez, ut dixi *controv. 29. n. 53. in glos. l. 51. tit. 19. lib. 8. ordin.* quæ est eadem ac *d. l. 15.* addit, ibi: *quia habet talis delatio in se admixtam prodicionem.* Nam defertur sub pallio, atque sic nocet absque eo quòd aliquis præcavere, aut se defendere possit: semper ferè occidit ex improviso, ita ut ex intervallo, seu distantia, violentia vitari non possit. Et cum hæc sit ratio formalis & constitutiva prodicionis, ob quam tam de jure juxta *c. 1. de homicid.* quam secundum constitutionem Gregorii X. *l. v.* excluditur reus à privilegio immunitatis Ecclesiæ, ut abundè probavi controverf. præced. *n. 26. cum segg. & n. 70. usque ad finem;* ideo quicumque his armis utitur ad occidendum dicto privilegio immunitatis exiit. Ad cuius rei evidentiam expendenda sunt verba Doctorum, de his criminibus scribentium.

Tiberius Decianus *lib. 8. tract. criminal. c. 2. n. 15.* sic accuratè scripsit: *Insidiosè incautos possunt opprimere, & domos, templa, civitates ipsas desolare. Diabolicum certè inventum ad destruendū genus humanum, quo violator ignis pilæ propellitur, aër quoque qui crepat, & fumo offuscatur, & magnam emittit tonitruum, terra quoque tremat, & quod miserandum est, vel à vili famella, & puero potest strenuus Dux, atque impiger miles occidi.* Quæ omnia confirmat *c. 3. n. 29.* sic Polydorus *d. c. 11. ibi:* *magna enim vi ignis collecti emissi rependè,*

aut ferreis aut lapideis pilis, quidquid obvium offendit, quassat, dissipat, frangit, conyundit, adeo ut nullus sanè sit locus quamvis naturæ munitionis, quin facili expugnetur. Ex quo jam vis venit, ut in ea hoc tempore omnis ferè vis pedum, omnis equestris splendor, omnis denique bellica virtus indecorè consistat, jaceat, obrorpeat.

Don Ludovicus Peguera *dec. 56. n. 7.* sic ait: *Dicuntur autem arma offensiva, falsa & proditoria, ac pacis publicæ perturbativa ea quorū usus, & finis principaliter destinatus est ad malum, & ad nocendum, & quæ aliis apta, imò inutilia sunt ad pugnandū contra hostes in bello, ut præcipuè sunt archibus, vulgò dicta pedrenyals, & in sequentibus diffusè probat, quomodo sui naturæ proditoria hæc arma sint, signanter ea quæ sub pallio occultè deferuntur.*

Prosperus Farinatus *q. 108. n. 52. ibi:* *Et multò magis in deferentibus quoddam armorum genus ceteris aliis magis insidiosum, & magis perniciosum, prout sunt ballistæ parvæ, & parvæ archibus, quæ sub pallio ferunt. Et consil. 136. n. 3. lib. 2. ibi: quia vulnerare, & offendere aliquem sclopoto rotato dicitur offendere cum armis proditoris.*

Petrus Caball. *resol. crim. tom. 1. cas. 88. n. 7.* ibi: *maximè propter qualitatem armorum quibus armatus erat Franciscus aggressor, cum enim haberet sclopum, seu archibus, ex cuius ictu, ut plurimum à communiter accidentibus, quis interficitur statim.*

Marius Guiurba *crim. conf. 98. in prin.* sic ait: *Quia proditorium est hoc armorum genus, pacisque publicæ perturbativum, quorum usus finis principaliter ad malum est, & ad nocendum, nec alias in bello apta, imò inutilia ad pugnam. Ex eorum delatione plurima in humani generis perniciem atrocissima delicta in dies committi scimus. In conf. 100. n. 5. hæc repetit. Et observat. 45. n. 1. sic loquitur. Arma quæ appellat vulgus scopetoni, sunt adeo pacis publicæ insidiosa, & proditoria, ut reipublica semper, & ubique noceant, quorum usus, & finis ad malum est: Non ad bellum, sed ad atrocissima.*

Nostras Alphonsus Narbona *ad l. 20. tit. 1. lib. 4. recopil. glos. 12. n. 18.* dum explicat *d. l. 15.* sic tradidit: *Nam in d. l. 15. recopil. solum consideratur resistentiæ, & reparacionis difficultas, quæ tam immani damno adhiberi nequit, quod efficit, ut est in pugna, vel conflictu instrumentis prædictis mortem aliquis intulerit, securè absque eo quod adversarius præcavere possit commisisse D. D. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars I.*

videatur. Idem enim apud nos est homicidium securum, alevosum, vel proditorium ex *l. 10. tit. 26. lib. 8. recopil.* ut dixi *cont. 29. n. 51.*

Marius Currel. *in Cod. leg. secular. ad leg. Reg. Federici, c. 10. noi. 98. num. 1.* brevissimè, ut solet, rem expedire ibi: *hæc enim prodicioni potius quam defensionis deserviunt.* Prosequitur hæc comprobando Bobadilla *lib. 1. politic. c. 13. n. 97.* sepius hæc arma proditoria esse tucur.

Benedictus Carpzovius in *praxi crim. part. 1. q. 3. n. 23.* ibi: *quod ictu sclopæ, aut archibus homines communiter vita priventur, nec vulnerari facile convalescunt. Tum quod sagitta, & telum in numero armorum ad necem aptorum præcipuum obtinent locum. Multo magis ergo archibus, quo vulnera solent insigi multum periculosa. Atque adeo is qui exonerando sclopem necem alicui infert, absque dubio dolosum dicitur perperrasse homicidium. Ex quibus omnibus, etiam si iura civilia, vel canonica non habeamus ad exornationem nostræ legis: his Doctorum dictis clarè comprobata manet ejus decisio, & illustratum quod proditorium sit homicidium his armis igneis patratum.*

Sed dices quod articulus immunitatis regulari debet tanquam merè Ecclesiasticus, juxta sacrorum statuta Canonum aut Pontificum Constitutiones ex Text. *in c. quæ in Ecclesiarum 7. de const. glos. in c. inter alia de immunit. & in c. sicut. antiquitus 17. q. 4.* probant Dominus Covarruvias *var. lib. 2. c. 20. n. 3.* D. Gregor. Lopez *in l. fin. tit. 11. part. 1.* pluribus Barbofa *in collect. d. c. quæ in Ecclesiarum, n. 2.* Thom. del Bene *de immunit. parte 1. c. 16. dub. 5.* Et sic defectu potestatis nullius momenti remanet lex civilis, quoad articulum immunitatis, & ad quidquid regulandum est juxta canonicas sanctiones. Text. *in c. novverit, c. gravem, de sent. excommun. Authent. Cassa. C. de sacros. Eccles. & utrobique Barbof. Zipeus de jurisdict. c. 1. cum duob. segg. & lib. 2. c. 15. per rot. Thomas del Bene *cap. 1. dub. 2. sect. 2. & d. c. 16. dub. 20. sect. 8. n. 9.* Glosset. *de nece prodit. §. 29. n. 24.**

Hanc conclusionem tanquam juri, ac rationi consonam libentissimè concedo, verum nego, quod ea quæ diximus, cedant in derogationem alicujus statuti Canonici, vel Pontificiæ Constitutionis. Quia cum jus Canonicum non cognovisset arma hujus generis, non tradidit decisionem spectantem ad hæc

materiam. Et ex summorum Pontificum constitutionibus post copilationem juris editis nulla reperitur, vel allegatur, quæ definitum præbeat punctum de quo agimus, nempe quod homicidium patratum actu instrumenti reprobata mensuræ non sit proditorium. Constitutio Gregoriana homicidium proditorium 33 excludit ab immunitate: ac per consequens quoties hæc qualitas probetur, res erit extra dubium. Ad quod expendo duas Constitutiones Apostolicas, per quas expressè probatur, quod hæc arma sunt proditoria, & quod autoritate Pontificia deferentes ea incurunt poenam criminis proditoris. Prima Constitutio quam expendo est summi Pontificis Pii IV. juxta seriem 49. quæ incipit: *Cum vices*, apud Laërtium Cherubinum tom. 2. mag. Bullar. pag. 64. colum. 2. in cuius §. 1. hæc verba continentur. *Nos propterea volentes proditorium, & abominabile, & detestandum armorum genus hujusmodi penitus, & omnino destruere, ac ab alma urbe aliisque terris nostris prædictis in totum eliminare.* Subsequitur impositio poenæ, nempe ejusdem ac incurunt rei criminis Majestatis, atque rebellionis, ut in d. Bulla videre licet. Secunda est sancti & summi Præfatis Pii V. quæ pariter incipit: *cum vices*, & est Bulla 145. apud eundem Cherub. d. tom. 2. pag. 558. §. 1. ibi: *& quia experientia cognovimus quam plura ex armis brevioribus, quæ occultè deferri possunt, & ad necem inferendam aptiora, & ferè inevitabilia, esse videntur, in dies committi, & desperari, inherentes vestigijs felicitis memorie Pii Papæ IV. prædecessoris nostri, qui volens proditorium & abominabile & detestandum armorum genus hujusmodi penitus, & omnino destruere.* Subsequitur clausula confirmatoria ac si de verbo ad verbum repetita foret, atque poenarum earundem repetitio. Meminerunt harum Constitutionum Peguer d. decis. 56. numero 9. Farin. d. g. 108. n. 52. Petr. Gregor. de repub. lib. 9. c. 1. n. 19. vers. *Joannes*. Julivius Chartar. dec. 70. n. 48. & Marius Curtel. in Cod. ad leg. Federi d. c. 109. n. 1. & de immunit. d. lib. 1. g. 17. n. 4. Cum autem habeamus geminatam Pontificum Constitutionem, in qua hæc arma clarè, specificè & absque dubio, impropriate, vel hæsitacione proditoria pronuntiantur, non enuntiativè sed per modum causæ totius dispositionis, clarissimè sequitur quod cuicumque dolo malo ictibus eorumdem occiderit, proditoriè

occidisse apparebit: cum ea arma proditoria dicantur tanquam causæ efficientes ipsius proditoris, & sic propter connexitatem causæ cum effectu eadem dispositio procedit. Text. in *lesi amici* 9. §. *sed essi in domo*, ff. ad leg. Jul. de adulter. pluribus Barbosa axiom. 40. n. 26. cum segg. & axiom. 80. n. 1. 37

Nec relevabit dicere has Constitutiones latas fuisse per summos Pontifices tanquam Principes sæculares in subditos domini temporalis Ecclesiæ deferentes, fabricantese hæc arma, ac per consequens earum dispositiones extendi non posse ad ulteriora. Quia hæc relevarent, si virtute harum Constitutionum poena imponenda esset laico delinquenti, non subdito status Ecclesiæ. Non verò ad effectum comprobandi quod iudicio summorum Pontificum, hæc arma proditoria sui natura reputantur, ut genuinè interpretari valeat Constitutio Gregoriana juxta mentem supremi Capituli totius Ecclesiæ; istæ enim Constitutiones editæ reperuntur in Bullariis generalibus inter cæteras Constitutiones pontificias, quas habemus, post promulgationem juris Canonici, ac per consequens autoritatem pontificiam obtinent atque necessariam observantiam in rebus Ecclesiasticis sicut cætera decreta summorum Pontificum & Conciliorum, ut probat Text. in c. 1. de constit. ubi plures adducti per Barbof. in collect. num. 1. & sicut Genuenf. in prax. Archiep. c. 94. n. 1. Gratian. discept. tom. 2. c. 380. n. 40. Farin. de immunit. n. 110. & 143. ac alii plures allegant Breve Clement VII. diei 6. Febr. 1597. in causa Panormitana homicidii animo deliberato patratu, admittentis distinctionem proditoris, ad interpretationem Gregoriana. Sic pariter nos allegare possumus ad interpretationem ejusdem, Constitutiones Pii IV. & V. contentas in Bullario generali Constitutionum extravagantium summorum Pontificum edito Romæ, de expressa licentia Sedis Apostolicæ, annuente summo Pontifice, & in omnibus Curijs Ecclesiasticis publicè atque sine hæsitacione recepto.

Neque ea quæ de præfata declaratione Clementis VIII. Farinacius refert, credenda sunt, aut autoritatem intactam obtinent. Nam ipse Farinacius suspectus redditur, ex eo quod fuerit patronus in causa, ut ipse faretur Text. in l. fin. c. de assessoribus, l. qui præst. ff. de jurif. om. jud. cum

cum aliis congestis per Fontanel. Lanfr. Franq. Mastil & alios laudatos per dominum Larrea allegatione 118. num. 7. & quod addit se percipisse mentem Clementis, licet in ea causa statuerit reos homicidii præmeditati non gaudere immunitate, ex specialib. rationibus, potius comprobatur summum illum Pontificem juxta tenorem c. 1. de homicid. pronuntiasse, nam huic doctrinæ congruit decisio, & cætera Farinacii præsumptiones sunt, quas credere non debemus, vel quia affectione Advocati rapiebatur, vel quia autoritas ipsius claudicavit in hoc, cum contrarium tenuisset in prax. g. 18. n. 74. & quæ. 28. num. 24. adhuc in terminis Gregoriana, ut dixi controversia præced.

40 Quibus accedunt ea quæ diximus eadem controversia præcedenti n. 79. cum segg. nempe quod licet nostræ leges non possint in vim legis aliquid immutare quoad materias merè Ecclesiasticas, qualis est immunitas, tamen in vim rationis, & consuetudinis plurimum juvant ad interpretandas Constitutiones canonicas, ita ut firmiores reddantur, dum congruunt loco, & tempoti. Sic eleganter sanctus Augustinus relatus in epi. in adiutorium 7. dist. 10. ibi: *Si in adiutorium vestrum etiam terreni imperii leges assumendas putatis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus cum adversus injuriosos civem Romanum se esse testatus est.*

41 Neque interpretatio illa desumpta ex d. l. 15. ibi. *sea havido por alevoso*, & ex d. l. 17. ibi: *y fuisse havido por alevoso* supra dicta diluit, etiam si adducatur regula; aliud est esse tale, & aliud haberi pro tali, ex Bobadilla lib. 2. poli. c. 14. n. 39. Giurba conf. 100. num. 11. Narbona in dicta lege 10. glos. 12. num. 12. Jacob. Cancr. var. part. 3. cap. 13. numer. 255. & Marin. quot. resolut. libro 1. cap. 171. numero 7. deducebatur. Quia illatio corrumpit totius leg. 17. verbis inspectis; nam in ea hæc habentur. *Y considerando tambien que el uso de los pistoletes envilece y acobarda los animos ocasiona alevosias, por ser de suyo esta arma traidora, y de Covardes, y que inquieta, turba a la paz publica destos Reynos.* Quibus verbis non dicitur quod habeantur pro proditoriis armis; sed quod ex se sunt proditoria arma, ac perturbativa pacis publicæ, ac per consequens neque verificatur regula, neque admittenda est distinctio in terminis nostræ leg. 17. Quibus ad-

43 DD. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars I.

dicitur quod non solum arguimus ex decisionibus nostrorum jurium, sed etiam apertè concludimus duabus Constitutionibus Pontificiis adductis, in quibus absolute arma proditoria detestanda, atque abominabilia dicuntur absque dubio, hæsitacione vel controversia, ut indubitatum remaneat, quod crimen dolo malo eis commissum verè proditorium est ad omnes juris effectus.

His addi potest, quod non solum 44 summi Pontifices in subditos domini temporalis Ecclesiæ hæc arma breviora atque ignea reprobata habent, verum etiam quoad personas Ecclesiasticas, ita ut ratione criminum cum his patratotum cautum habeant, ut acerbius puniantur. Quod probatur ex eo quod tradit Don Michaël Cortiada dicta decisione Catal. 34. numero 19. nempe duas Constitutiones Pontificis Pauli V. per quas Judici Ecclesiastico speciali, qui *Judex brevis* nuncupatur, specialiter committitur quod omnes Ecclesiasticos tam sæculares, quam Regulares cujuscumque ordinis, vel dignitatis, etiam si sacro Presbyteratus caractere insigniti sint, etiam si exempti dicantur qui hujusmodi archibus gestaverint, detinuerint, aut quoquo modo habuerint, vel fabricaverint, aut fabricare fecerint per poenas severissimas distringat. Quæ quidem Constitutiones cum expressa mentione edicti Regii ea suis subditis prohibentis latæ faciunt, ut ex ipsis patet. Cum autem prohibitio Regis ea ratione nitatur, nempe quia proditoria sunt ac pacis publicæ perturbativa, ut Peguera probat dicta decisione 56. per totam. Et summus Pontifex adjuvando ipsam prohibitionem Regis hæc caveat: cuncta in illa contenta atque disposita confirmat. Non ita, ut Ecclesiastici subjiciantur eidem poenis, ac sæculares sive Laici; nam hoc limitatum est in ipsis Constitutionibus ad poenas Canonicas, ut notant Cartar. dicta decisione 70. numero 70. & Cortiada dicta decisione 34. numero 39. Sed quoad alia, quale est definitio qualitatis proditoria, quam præ se ferunt crimina cum eis patrata.

Denique expendenda venit Constitutio Julii III. expedita 24 die Novembris anni 1553. Quam ad litteram tradidi tom. 2. de reg. Val. cap. 7. §. 2. Y 3 47

in prin. In ea enim ut clerici minorum ordinum delicta atrociora patrant in Regno Valentia facilius compefcantur; cautum est, quod pro quindecim delictis ibidem expressis privilegium fori amittant. Et dum hæc crimina enumerantur, sic Julius ad rem ait: seu aliquem archibusio, vel escopeto, alias escopia occidens, seu occidere procurans, quamvis eum non vulneraverit vel tetigerit. Nam

48 adeo acerbum, immane, atque proditorium hoc crimen illi summo Antifitii visum fuit, quod ex eo solo privilegium fori amitti decreverit, atque Curia seculari tradi, quicumque clericus minorum ordinum ea admiserit. Et sic aperte constat ex mente quatuor summorum Pontificum deducta ex Bullis publicè expeditis reprobaturum fuisse

49 hoc armorum genus, quorum duo aperte verbis arma proditoria esse decreverunt, tum ea uti talia ex sui natura qualificando, tum etiam penam criminis lætæ Majestatis atque conspirationis fontes irrogari jubendo. Ob quod quicumque occiderit dolo malo proximum suum ictu horum armorum, verè proditoriè necat, ac per consequens etiam in terminis Gregorianæ Constitutionis indignus sit privilegio immunitatis Ecclesie. Sed Angela Bernardinum interfecit cum tormenti reprobata mensuræ ictu, ut, abundè in causa constabat: ergo dubitari non potuit de qualitate proditionis.

50 Ad ea quæ usu Sinarum antequam ad nos pervenerint hæc, arma, responsum non damus, quia Julius Cæsar Scaliger ad lib. subtil. Cardan. exercitatione 99. sufficienter respondisse videtur. Et quamquam concedamus, si commercium cum Sinis habitum in Europa non fuit usque ad annum 1597. quo Vasquesius Gama, promontorio Bonæ Spei superato, spem Lusitanorum erexit ad eas Provincias Asiæ Iustrandas, ut omnes Historici narrant: quo pacto ad Sedem Apostolicam noticia pervenire poterat, ut sacris Canonibus earum usu reprobaretur.



CONTROVERSIA XXXII.

De ancilla pubere, sed decimum septimum annum non attingente dominam occidere conante veneni propinatione.

SUMMARIUM.

1 Veneni crimen frequentissimè per feminas patrat.

Venena per abusum nocent. ibi.

2 Facti species refertur.

3 Propinantes venena pena legis Cornelia de sicariis plectendi sunt.

4 Fura Hispania crimen venenationis plectentia.

5 Veneni propinatio admixtam secum præfert prodicionem.

6 Pœna veneficii de jure civili Romanorum fuit damnatio ad bestias in vilis conditionis reos.

7 Servi acrius puniri debent ac liberi.

8 Gravius est occidere veneno quam ferro.

9 Servi saluti dominorum insidians igne comburebantur.

10 Apud Perfas venena propinantibus caput inter saxa contundeatur.

11 Apud Hebræos venenum eis propinabatur. Quid Apud Athenienses. ibid.

12 Plato damnandos ad bestias dicebat.

13 Apud Italos pœna furcarum plecti solent tam nobiles quam plebei.

14 Apud Gallos igni traduntur.

15 Apud Germanos viri rota affigi debent, feminae in aqua submergi.

16 Apud Hispanos tempore Vicegothorum exquisitis tormentis affecti mala morte plectebantur.

17 Apud Valentinus vir suspendendus est, femina concremenda.

18 In Regno Castelle de jure Partitarum ad bestias damnabantur.

19 Hodie quia pœna hæc recessit ab aula, ad caudam jumenti trahuntur, furca necantur, atque in frustra scinduntur tanquam proditores.

20 Affectus, non secuto effectu, regulariter non punitur pœna ordinaria.

21 Text. in l. divus Adrianus 14. ff. ad leg. Cornel. de sicar. expenditur.

22 Text. in leg. cogitationis 18. ff. de pœn. expenditur.

23 In atrocioribus affectus punitur eadem pœna.

pœna non secuto effectu, si perventum fuerit ad actum proximum.

24 Contrarium de consuetudine plures tenet.

25 Sed hæc opinio non procedit quando ad est lex specialis per quam affectus pari pœna plectitur.

26 Servi ex affectu in dominum puniri debent eadem pœna, ac effectu sequuto.

27 Text. in l. i. in fin. ff. ad leg. Pompei. de parricid. juncta l. aut facta, §. persona, ff. de pœn. expenditur.

28 Servus in jure, quoad reverentiam respectu domini, aequiparatur filio respectu patris.

29 Lex Hispania expresse pœnam mortis imponit ex affectu propinandi venenum ad occidendum.

30 In Regno Hispania non solum ad est specialis dispositio quoad filium ementem venenum ad occidendum patrem, sed generalis comprehendens omnes.

31 De jure Hispania acerbius plectendi sunt servi quàm liberi.

32 De jure Hispania ex preparatione veneni pœna mortis imponitur.

33 De jure Hispania vulnerans aut percussiens proditorie, per insidias, aut consilio adhibito, animo occidendi, punitur eadem pœna ac si occidisset.

34 Propinatio veneni est crimen proditorium.

35 Minor decem & septem annis plecti mitius præcisè debet de jure Hispano, cum duobus seque.

38 Deciso Aula.

Foemina, ut alibi dixi, venenandi artem adinvenerunt, ut tradit Dioscorus lib. 5. antiq. gestor. Natal. Com lib. 9. Mythol. c. 6. & Tiraquel. in l. 8. connub. n. 19. cum segg. Romæ per aliquot sæcula similis questio excogitata non fuit, teste Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. ibi: Veneficii questio, & moribus, & legibus Romanis ignorata, complurium matronarum patefacto scelere orta est, quæ cum viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent, unius ancille indicio protracta, pars capitali judicio damnata, ceterum septuaginta numerum compleverunt. Quæ evenerunt M. Claudio Marcello & T. Valerio Consulibus anno ab urbe condita 466. ut narrat Livius dec. lib. 8. c. 18. postea sæpius repetita, ut idem Livius tradit, sed semper de mulieribus, ut testatur Carolus Sigonius libro 2. de judiciis, cap. 30. Quæ quidem venena, ex his quæ natura dedit ad medelam confici solent; nam,

ut ait Plinius lib. 2. hisor. natural. c. 63. Terra nobis malorum remedium genuit, nos illud fecimus venenum. Abusu scilicet, eum non adhibeatur in id ad quod Deus mediante natura creavit. Mercurius namque, sive argentum vivum, ad plura utiliter adhibetur, præsertim ad purgationem omnium metallorum, ad curationem morbi Gallici, & sic similia; sed eo sublimato (ex quo derivationem sumpsit nomen nostra vernacula lingua ei attributum, nempe Soliman, ut tradit Sebastianus Covarruvias in suo Thesaur.) Si in potu, vel cibo propinetur, venenum lethale est, ut docent Ulysses Aldrovandus in musæo metal. lib. 1. c. fin. & Paul. Zacchias in quest. medic. leg. lib. 2. tit. 2. q. 4. n. 30. cum segg. Ancilla ista, ætatis quatuordecim annorum (neque per aspectum aliud apparebat) animo occidendi dominam, ex nobilioribus fœminis hujus Curia, quantitatem hydrargyrii miscuit in portione usu frequentissima apud nos, quam novo orbi debemus, & vulgo dicitur Chocolate) de qua Joannes Laëth in nov. orb. lib. 6. c. 2. sic ait: hoc potu indigenæ hospites suos, etiam magnates excipiunt hunc Hispani, sed magis Hispania ita depereunt, ut postquam illi assueverunt, se sine illo vivere posse negent. Sumere domina cum cepisset, infuetam asperitatem in lingua, & gutture præsentens, à potatione cessavit, successere aliqua symptomata, & adhibitis medicis ex parvitate materiae sumptæ, faciliter evasit; sed plenè per eorum relationes constitit, de qualitate, & quantitate veneni propinati, per restium depositiones sufficienter gravata fuit ancilla, ac tandem ea convicta, atque confessa, absque tortura, dubitabatur quæ pœna esset plectenda.

Attenta dispositione juris civilis, dubitari non poterat crimen hoc comprehensum fuisse sub dispositione legis Corneliae de sicariis, ut probat Text. in l. 1. §. 1. & leg. 3. §. 1. cum segg. ff. eo titulo, cum qualitate aggravante deducta ex Text. in l. 1. C. de mal. & Mathem. docent Clarus in §. homicidium, n. 14. ubi Baiard Tiber. Decianus tract. crim. lib. 9. c. 2. cum segg. Bossius in prax. tit. de homic. n. 13. Pet. Greg. l. 36. syntag. c. 18. Farin. in prax. q. 122. ex n. 1. Pet. Cabal. de homic. n. 603. cum segg. Ant. Matth. lib. 28. ff. tit. 5. c. 5. Math. Berlich. p. 4. concl. 5. n. 30. & Benedict. Carpz in pr. p. 1. q. 20. n. 15. cum segg.

De jure nostro per Textum in l. 2. tit. 2.